

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Epitome dialectica Joh. Conradi Dannhaweri**

**Dannhauer, Johann Conrad**

**Argentorati, 1663**

Cap. V. De Methodo & eius affini Ordine

**urn:nbn:de:bsz:31-102378**

*In medium nunc affer canones?*

a. 1. Scientia est eodem semper se modo habentium, aeternorum ac universalium.

a. 2. Eadem est scientia generum & generis specierum.

a. Rationis igitur deliquium patiuntur, qui entia existentia mutabilia scientiæ alicui sic subijciunt, ut præter ens existens aliud non agnoscant, contra & veritatem & auctoritatem summorum virorum. Augustinus certè l. de lib. arbit. cap. 8. Duo & tria esse quinque, scribit, perpetuò verum est, etsi nihil sit quod numerent. Aristoteles Ens in ens actu & potentiâ distinguit, differentiam inter ens essentia & existentia innuit tum, cum ait, ἡ ἀπορίσι τοῦ μέγιστου ἤτις μέγιστος ἐστίν. l. 3. de cap. c. 4. t. 9. vide prolixiorẽm canonis explicationem in syll. 4. cap. 6.

§. 1. γ. metaph. c. 2. t. 2.

CAP. V.

DE METHODO & eius affini  
ORDINE.

*Scientia alio nomine quomodo  
appellatur?*

Alio nomine appellatur a. methodus.

a. Varia huius vocis est homonymia. Propriè notat viam contractam & compendiarium, ex μέθοδος & ὁδός tanquam via non extensa in longam sed coniuncta. Impropiè, cum vel fraudem significat, hinc μεθόδευω machinor, decipio: vel Grammaticam etymologiæ inquisitionem, apud Aufon.

*Vale beatus nomen à divi Theon*

*Methodus sed ista saepe currentem indicat.*

Consule Scalig. lib. 2. lect. Aufon. cap. 30. vel ordinem, quo scientiæ tractantur, quæ quidem significatio vulgarissima est: vel ipsam demonstrationem vel scientiam tam totalem

alis: 2. β.  
rina, bo-  
artialis est  
mnes illæ  
vel r. ra.  
ica omni-  
um, cum  
um orbi-  
nitur  
102. civi-  
oc est in  
ncip.  
fic.  
æ est spe-  
m corpus  
rã. Pro-  
tæ, quæ  
eant sub-  
tum: ta-  
m homõ  
illis Geo-  
huius illa.  
ctu mu-  
erus quã  
alternatã  
eademq;  
quatenus  
ometriæ,  
titas spe-  
In me-

talem quàm partialem. Ita accipit hanc vocem Arist. pluries. Celsus l. i. in præfat. Medicinam ita definit. ut quasi viam quandam; quam *μῆθόδον* græci nominant, eorumque, quæ in morbis communia sunt, contemplatricem esse contendat.

*Quomodo differt methodus ab ordine?*

Differt præcipuè in eo, quod methodus sit ipsa scientia; Ordo sit ratio facilius ad scientiam aliquam perveniendi.

Differunt aliis adhuc modis nam illa est argumentativa, & collectiva ignotioris è notiori, hic dispositivus: illa semper à causâ cognitionis nostræ oritur, hic à priori cognitione, tamen si non sit causa cognoscendi. Exempli gratia, de animali prius agit ordo, quàm de homine, quia animal cognitione prius est; neque tamen animal est causa cognoscendi hominem, non enim sequitur, animal est. Ergo homo.

*Quomodo dividitur Methodus?*

a. Sicut demonstratio, in methodum à priori quæ synthetica appellatur: & methodum à posteriori concludentem, quæ dicitur analytica.

a. Non plures duabus esse methodos evadit & perspicuè demonstrat Zabarella libr. 3. de meth. cap. 7. & rejicit methodum 1. *definitivam*, quia hæc non notificandi sed significandi instrumentum est, ibid. cap. 13. non est argumentativa cap. 12. vel enim colliges 1. à parte definitionis ad partem alteram. 2. à definito ad definitionem. 3. à definitione ad definitum. 4. à partibus definitionis ad definitionem. Nihil efficit. Non 1. quia non sequitur animal est ergo rationale. non 2. quia id esset ab ignotiori ad notius progredi. Est enim definitio naturâ notior definito. non 3. quia definitio quæ talis significat tantum quid sit, non infert. nisi mutata in argumentationem. in hæc definitionem, homo est

est animal rationale, nulla est argumentatio: est quidem argumentatio, est animal rationale. Ergo homo: sed tunc non amplius est definitio. non 4. quia id esset petere principium, & ex æquè noto æquè notum elicere. Reicit 2. methodum *discissam*, quia hæc etiam *quæritur in duos* *modos*. Cum enim dubium est, an Zoophyta sint in plantis num animalibus censenda? serupulum nullâ divisione etiam in pulverem sectâ eximes: nisi methodo analyticâ ex affectibus colligas naturam illorum entium, vide Zabarell. lib. 3. cap. 7.

β. Analytica. Ammon. in commentis in præcæm. Porphyri. methodum analyticam eam esse arbitratur, quâ totum in suas partes (mentali quapiam anatomia) disseciscitur. Atqui hic quoque progressus non est notificativus, ut iterum erudite docet Zabarell. loc. cit. cap. 16. Vel enim partes illæ sunt sensiles (ut brachia, caput, venter) vel insensiles (ut materia & forma) si illud. E. non est progressus ad ignotum, qui solus methodicus. Si hoc. E. nulla est consequentia datur e. g. elementum. E. materia prima. Hic verò progressus est analyticus? Datur mutatio. Ergo materia prima.

*Quid est ordo?*

α. Ordo est artificiosa connexio singularum disciplinæ partium ad β. facilius cognoscendum instituta.

α. De ordine Aristoteles ex professo in Logicis nihil tradidit, sed passim per saturam præcepta nonnulla ordinis proposuit. quod illa tractatio ad didacticam propriè distinctam à Logicâ facultatem pertineat, quodque obtentâ demonstratione & veri à falso discretionem jam ære suo se liberari Logicis, dispositionem demonstrationum alii facultati permittat. Nihilominus quia 1. hæcenus obtinuit in logicis quoque ordinis doctrinam tradi: quia 2. magnam cum methodo habet affinitatem: quia 3. tametsi solo ferro ligna findas, cuneo tamen uteris, ut facilius findas: Ita sola licet demonstrandi doctrina hic quærat, tanquam, ut supra diximus, centrum universæ Logicæ, tamen ut facilius id quod quæ-

Arist. plu-  
t. ut quasi  
, eorum-  
nicem esse

us sit ipsa  
ciam ali-

umentati-  
tivus: illa  
priori co-  
empli gra-  
quia ani-  
est causa  
animal est

n à prio-  
um à po-  
tica.

& per-  
& reicit  
candi sed  
est argu-  
tionis ad  
la defini-  
ad defini-  
animal est  
ad notus  
o. non 3.  
on infert.  
ne; homo  
est

quæritur efficias; operæ pretium fuit visum, hanc quoque doctrinam illustrari.

β. Ipsa natura fertur pollicetur largiores, & uvas copiosiores succique protrudit pleniores, cum ordinatim non passim vitium seriem attingit, *επιχάδα* potius quam *ξυσάδα*.

*Quotuplex est ordo disciplinarum?*

α. Duplex β. syntheticus & γ. analyticus. Syntheticus ordo, factò initio à principiis subiecti generalibus ad affectiones generales de subiecto demonstratas, descendit ad singulas subiecti species, & easdem eodem modo pertractat. Analyticus initium facit à fine *δ* sive obiecto: progreditur ad *ε* ipsam scilicet formam infundendam: definit, inque suas species dividit: tùm media recenset ad hunc finem ducentia: his opponit corruptiones & harum causas: universum denique agmen remediorum enumeratione claudit. Ordo δ. syntheticus solis disciplinis contemplativis, ε. analyticus solis practicis, ad quas etiam *ἀναλόγως* superiores facultates pertinent, competit.

α. *Sunt qui uno ordine contenti. Sunt qui definitum seu discorsum addunt.* Primi non possunt non in docendo ruere. Et si forte artificiosa quadam inflexione (propter quam quartam figuram ex agro logico exterminat Zabarella) detorqueri res omnes vel ad solam syntheticam vel analyticam ordinis *διενομητῶν* possint, tamen sine dubio rectius fecerit, qui quo rei obiectæ genius ducit, progredietur. Sane ut rerum veritas non pendet ab arbitrio cognoscentis. (ut docet Aristot. 1. 9. metaph. c. ult.) ita nec ordo discendi. Scibile scientiæ mensura est non scientia scibilis. Sicut in terrâ ambulanti via patet & sursum & deorsum cuncti, naviganti

ganti non item. Ita penes nos non est, hocne velimus ordine procedere an alio? nedum ut omnia scibilia utroque ordine tractare præsumamus, uti quidem absurdissimus hæc parte Picolhomineus opinatus est comit. polit. part. 7. Quid est piscari in aere & venari in medio mari; si hoc non est? Firmatur autem duplicis ordinis necessitas. 1. ex obiectorum genio ac natura. ut Intellectus omnis, ut beatitudo; ut Philosophia vel contemplativa est vel activa: Ita omnè scibile, quod quidem sit intellectum humanum cadit, universim vel est *ἰσχυρὸν* vel *ἀγενῆ*. *ἰσχυρὸν* analyticè tractari nequeunt. Finge enim sic tractari: incipient igitur à fine qui est ipsa cognitio subiecti. At cognitio subiecti ipsa est scientia. hinc argumentum

*Cognitio subiecti est id, unde initium sumitur scientiæ.*

*Scientiæ est cognitio subiecti. E.*

*Scientiæ est id unde initium scientiæ sumitur.*

Cur ergò gratuitam operam suscipimus, si à scientiâ tanquam nouori incipimus, ut demùm quæramus scientiam?

Finge 2. mediâ ad finem ducentia tractari: illa mediâ sunt instrumenta logica. In omni igitur scientiâ tractandâ nova semper logica recudetur. nugæ! vid. Zabarell. lib. 1. de meth. cap. 7.

Contra ordo syntheticus tam aptus est tractando obiecto practico, quàm sambuca caloni. Finge enim sic tractari. e. g. Ethicam, uti quidem Picolhom. tractavit; ut initium fiat à principiis summi boni, virtutibus: negabit profecto Epicuræa familia virtutem esse principium summi boni: imò summi boni acquirendi mediâ esse venerem, vinum, fraudes, nequitias &c. Vince primum summum bonum consistere in virtutis actione, tum demùm mediâ huc ducentia recense. Proinde ac si viatori equus comparandus sit, ostendenda viâ, antequam exploratum habeat quò tendat? quæ itineris futura meta sit? Summa hæc violentia, Quis enim naturâ duce non prius cogitat de fine quàm de mediis? Dices, etiam syntheticum primum à fine (scientiâ 1. duci.

duci. Respond. non sufficit duci à fine, sed etiam de fine agendum est. Analyticus dicitur à fine, ut etiam definiat quis sit illi finis, id totum contemplator præcognitum habet. Nemo dubitat, quin Physicæ finis sit scientia, sed quis finis Politicæ ultimus, de eo non magis quàm inter horologia convenit. II. *fine ordinis* qui est facilius discere. Is ordo faciliorem discentiam promovet, qui à notiori ad ignotius procedit, illud namque facilius. Ordo qui res practicas tractat syntheticè, non est is qui à notiori ad ignotius; sed contra qui ab ignotiori ad notius progreditur, à mediis scilicet, de quibus solis deliberatio instituitur ad finem. E. is ordo faciliorem discentiam non promovet. III. *auctoritate Aristotelis*, cum alibi tum vel maximè l. i. Ethic c. i. *Διαφίξεσι δὲ τῶν ἀρχῶν λόγοι καὶ ἐπὶ τῶν ἀρχῶν*. Unde & Plato quaerivit l. scil. 6. de Repub. *πότερον δὲ τῶν ἀρχῶν ἢ ἐπὶ τῶν ἀρχῶν ἐστὶν ἡ ὁδὸς*. Frustra est Picoiho. de methodo duplici hunc locum cum exponit. Obstat enim vox ordinativa *δοξίον*. obstant accidentia, in quibus negat exquisitas demonstrationes in Ethicis se posturum. Quid erat quod de monstrandi ratione quaereret, qui demonstrare nihil vellet? IV. *exemplis Aristotelicis* per omnes suos commentarios. In Ethicis analyticum ordinem observatum multorum consensus est. In Politicis eandem *διεργασίαν* obtinere, egregiè docuit Arnisæ. doct. polit. c. i. neque nos in præfenti commentario, vestigia Aristotelis premendo aliud facimus. In Physicis & Metaphysicis synthetico ordine omnia apta & colligata res ipsa docet.

Potè superfluitatem ordinis definitivi præclarè suffocavit Zabarell. lib. 2. de method. cap. 4. Nam initium fit in huiusmodi ordine vel à definitione principii, vel finis, vel medii. Si primum, erit ipse & ordo syntheticus; si secundum; erit analyticus; si tertium; progressus erit à notiori. *Dices ordinem huncce inchoare ab ipsa scientiæ definitione?* Respond. definitio scientiæ tractanda. ut procecialis ita accidentalis est & arbitraria. Si enim procecium pertineret ad scientiæ essentiam, aut integritatem, quis liber Aristotelis non vel imperfectus foret vel mutilus? Ordo vero is est, quo essentialis & integrales scientiæ alicujus partes in quadrum rediguntur.

ß. Alio

β. Alio nomine compositorius, demonstrativus, compositorius scilicet quia à principiis ad principiata progreditur.

γ. Aliàs resolutorius, quia à composito (e.g. Republicâ, syllogismo) ad simplicia (formas rerump. & media: partes syllogismi & concludendi media) descendit. instar ali- quod est in tela Penelopæâ.

δ. Si igitur scibile occurrat *ἁπλοῦς* modo synthetico tradendum, e.g. sit Botanologia docenda, in quâ subiectum est planta, Principia primum plantæ in genere investiganda sunt, elementa videlicet & singularum semina; materia icidem & forma, anima vegetativa: deinde affectiones generales in quibus plantæ omnes conveniunt enumerandæ, ut, nutritivum esse, auctivum, generativum &c. secundo ad singulas plantarum species navigandum (quò ordine mox dicemus) ut sunt arbores, frutices, herbæ, olera: harum iterum principia vestiganda sunt & ex iis affectiones speciales de subiectis suis demonstrandæ. Tertio ad species imas grassamur & in iis quiescimus (cum singularium non sit scientia) & eodem modo circa quercum, cedrum, abjectem &c. philosophamur.

ε. Analytici igitur ordinis legibus obnoxia sunt omnes prudentiæ, artes, facultates, quæ generali vocabulo omnes sunt practicæ, in intellectum practicum receptæ. Docemus id exemplo evidenti. Sit docenda ars militaris. terminis primùm artis explicatis, & præexercitamentis, athleticâ, equestri, geometricâ &c. ad finem δ, qui est ipse exercitus, duplex alter sic in aciem ponendus, ne fluctuet, dirigendus ad victoriam activam: alter & quidem hostilis sic tractandus, ut vincatur. exercitus hic, & militum discrimina tradenda, alii enim mari felicius pugnant, alii terrâ, alii obsidendo, alii velitando &c. A fine δ progressus fit ad finem ε, primum externum, qui est victoria, deinde internum qui est ipse conflictus ipsum bellum: eius species variaz explicandæ, quod navale aliud sit, aliud campestre, aliud obsidionale, aliud velitationis &c. Tum utriusque media ac instrumenta definienda, adque finem præfixum dirigenda: ut sunt stratagemata, tormenta bellica, ordines militum &c. denique corruptiones, ut sunt ordinum desertiones, &c. una cum suis remediis exponendæ sunt. Id si perfeceris,

M

officio

β. Alio

officio tuo functus es. hinc Cicero lib. 1. de orat. n. 4. 8. si forte quæreretur quæ esset ars Imperatoris? constituendum putarem principio, quis esset Imperator? qui cum esset constitutus, administrator quidam belli gerendis, tum adiungere-mus de exercitu, de castris, de agminibus, de signorum collocationibus, de oppidorum oppugnationibus, de commeatu, de insidiis faciendis atque evadendis &c. Idem tentetur, in arte futuriâ, nauticâ, aurifabrilî & quâvis aliâ. Item in prudentiâ œconomicâ, juridicâ, bono ordine adornandis.

Commemora Canones de bono instituendo ordine?

α. 1. Inde semper incipiendum, unde facilius discas: sive à facilibus ad difficiliora veniendum. β. 2. ab Universalibus ad particularia descendendum. γ. 3. Inter species eiusdem generis ordo est arbitrarius. δ. 4. Ultimum in resolutione primum est in compositione. ε. 5. vitentur parerga & heterogenea. ζ. 6. nihil abundet. η. 7. vitur tautologia. θ. 8. generalia generibus, & specialia aptentur speciebus.

α. Duo hic enodanda sunt 1. an à facilibus seu cognitione prioribus inchoandum: 2. quænam dicantur faciliora? Quod primam attinet quæstionem, ab affirmativa acriter stat Zabarella, nixus potissimum 1. sine boni ordinis qui est facilior cognitio; Iam finis mensuram mediis præscribit. 2. Aristotelis auctoritate cuius clarissimus locus extat lib. δ. metaph. c. 1. *ὅτι δὲ τὸ πρῶτον τῆς τῶ ἀρχῆς ἐστὶν ἐπιπέδον, ἀπὸ δὲ τῶν πρῶτων ἐν μέσσοις.* non à primo & rei principio in disciplinis tradendis inchoandum est, sed unde quis facilius discat: nec quicquam reclamante Piccolhomineo, de methodo hic agi non ordine. Obstat enim rursus vox *ταχέως, ἀπὸ τῶν*. obstant consequentia in quibus demùm de methodo agit, cum dicit, Vnde primum res cognita est &c. & exemplo loco ponit demonstrationum *ἑω-*

θεταί.

*Diagn.* Fuerit igitur aut Philosophus tautologus, au Piccolhomineus subleſtus interpres. Ex adverſo contendit Piccolh. introd. ad grad. civ. Philoſ. c. 17. & ſeqq. ordinem naturæ cognoscendæ ſequi ordinem, quod modus cognoscendæ ſequatur modum eſſendi, ars imitetur naturam, ſcientia meſuretur à re ſcitâ. Eſt verò unâ diſtinctio cuius radio omnis iſta diſſenſionum caligo facile diſſipatur, quam etiam Zabarella exponit lib. 1. de meth. c. 10. inter naturam rei ut res eſt, & inter naturam rei, ut eſt à nobis cognoscibilis. Illam aliquando ex accidenti etiam ordo cognoscendæ ſequitur, ut cum in Phyiſicis à principiis ad compoſita fit progreſſus: ſed id perpetuò fieri non poteſt: aliàs ſicut domus ultimum eſt in compoſitione, ultimum quoque eſſet in cogitatione architecti, atqui Idea domus, ſive domus exemplaris, ex quâ fit domus realis, *εἰς ἀκτίνας ἀνω ὕλης διαιτά τῶν οὐρανῶν*, l. 7. Metaph. cap. 7. t. 23. in mente architecti omnium primum eſt: poſt media quaruntur. *Nemo, àit Seneca ep. 21. quomodo paratos habeat colores ſimilitudinem exprimit, niſi jam conſtet quod velit pingere?* Simile quid hic uſu venit. circa eſſormandum e. g. Caſarem uterque occupatus eſt & ſtatuarius & æris fulor? hic naturam vel omnino vel certè proximè in eſſormando imitatur, quia juxta veteriorem Phyiſicorum ſententiam, partes hominis principales, non una poſt alteram, ſed omnes ſimul eſſigiantur. hanc partium humanarum ſubitanæam productionem ſtatuario imitari impoſſibile eſt; idèd ſuum ingenium ſecutus ſucceſſivè ſingulas pariter exculpit, ut ars ipſa ferre poteſt; nihilo tamen minus exprimit Caſare n. Ita naturam rerum Analyticus cogitando æquè repræſentat, ſi maximè ordinem producendæ non ſequatur. Manent igitur vera iſta axiomata: modus cognoscendæ ſequitur modum eſſendi, non ſemper ſecundum eſſe reale, ſed ſecundum eſſe objectivum & cognoscibile. Item artem imitari naturam (non tantum rerum, ſed etiam) intellectus, quatenus ille capere poteſt. Denique ſcibile meſurare ſcientiam in veritate, non ſemper in modo ac ordine cognoscendæ.

In ſecundâ quæſtione reſolvendâ, iterum diſtinctione tanquam ſtabelle difficultatum ætus diſcutiente opus eſt. Ea verò eſt inter notiora nobis, quæ ſenſibus noſtris promptius illabuntur, & notiora naturâ, quæ, ut diſcilioſiora nobis

... 8. ſi ſop  
adum pu  
conſtitu  
diſtingere  
um coha  
ceatu, de  
ur, in arte  
n pruden-

facilius  
venien  
deſcenderis  
orulatione  
r parer  
7. vi  
& ſpe.

s ſeu co  
untur ſa  
firmativa  
i ordinis  
iſtis præ  
ocus ex  
vult  
rimo &  
eſt, ſed  
nte Pic  
at enim  
quibus  
res co  
m  
Deus.

videntur, ita tamen comparata sunt, ut his probè imbutus reliqua per ludum discas. Etsi illa in via inquisitivâ, cum scientia demum inveniendâ, primam quasi facem adluceant, tamen in viâ auscultativâ, cum scientia jam inventa, aliis tradenda, ab his inchoandum est, etsi primâ fronte per nobis difficilia videantur. Sic Aristoteles in Physicis non primum egit de cœlo, elementis, meteoris, sensui nostro familiaribus, sed de principiis nobis obscurissimis, naturâ notioribus. quæ enim scientia cœli foret, nisi quibus è principiis illud constet, compertum habeas? Metaphysica sanè disciplinarum abstrusissima: prima tamen Philosophia audit non solum ratione dignitatis & naturæ, sed etiam ratione doctrinæ. Audiamus verò hæc de re principem didacticorum Fab. Quintil. l. 1. cap. 1. non fuerit alienum exigere ab his (puerilibus) ætatibus, quò sit absolutius os & expressior sermo, ut nomina quædam versusque affectatæ difficultatis ex plurimis asperriimè coeuntibus inter se syllabis catenatos & velur confragosos quàm citatissimè volvant, qui χαλιπαι græcè vocantur. Vt Athletæ l. 11. c. 2. ponderibus plumbeis assuesciant manus, quibus vacuis & nudis in certamine utendum est. Gladiatores gravioribus armis discunt, quàm pugnant, ait Seneca l. 5. controv. 24.

β. Frequens hoc est monitum Aristotelis, lubet ascribere loca, ἐπὶ τῶν κριθόλων πρὸς τὰ κριθ' ἕκαστα δὲ προείναι l. 1. Phys. c. 1. ὑπέροι ἢ πρὸ τῶν ἰδίων διωρεῖα, τῆς πρὸ τῶν κριθῶν ἐστὶ l. 3. Phys. t. 2. ῥάον ἔσται τὸ κριθ' ἕκαστα διωρήσομεν, ὅταν πρὸς τῶν κριθόλων λάβομεν πρῶταν. l. 2. de Gen. & Cor. cap. 9. t. 51. ἀναγκαῖον τα κριθόλου ὑπάρχειν πρῶτερον εἰπῶν, ἢ Π Ο Α Δ Δ' Κ Ι Σ Τ Α Υ Τ Ο' Δ Ε Γ Ε Ι Ν. l. de part. anim. c. 4. In scientia inveniendâ primum occurrunt singularia & minus Universalia: sed inventâ tradendâ, hæc illis priora sint, nisi ut loquitur Philosophus, velimus ταυτολογικῶς idem sæpe dicere. Igitur in moralibus prius agendum de virtute in genere, quam de temperantiâ fortitudine & c. in θρησιολογία prius de animali in genere quàm eius speciebus & c. sunt quæ his luminibus officere videntur pauca, sed quæ videntur officere, non efficiunt. vid. Zabar. l. de meth. c. 13. & 14.

γ. Necessarium est, ut diximus, de generalioribus, utpote naturâ & cognitione prioribus, agi ante particularia: Inter ipsas

ipsas autem species eiusdem generis utpote, naturâ & cognitione simultaneas, ordo est arbitrarius. dummodo de plantâ in genere prius egeris, ab arbore postea incipias an ab herba, id tuâ in manu est. Sunt igitur illæ liticulæ de relatione an de qualitate: de fortitudine an temperantia & c. prius agendum, causâ nuce & hilo viliores. Expediunt tamen ea præmitti, à quibus consequentibus maior lux Ideò de visu prius à Philosopho actum quàm tactu, quia in illò ea omnia sunt evidentiora, quæ in reliquis sensibus profundius latent. vide iterum Zarabell. in aureis de methodis libris, quibus nihil ille comes scripsit doctius. l. 1. c. 8.

d. Expressa Aristotelis verba sunt τὸ θεράπειον ἐν τῇ ἀναλύσει, πρῶτον ἐν τῇ Συντάξει, l. 3. Ethic. c. 3. perinde ut in Astronomia motus primus motui secundo contrarius est. lege doctissimum comitem l. 2. de meth. c. 9.

e. ὅπως μὴ τὰ πάρεργα τῶν ἔργων πλείω γίνηται, l. 1. Eth. c. 7. hæc regula iustitiæ est, ob quam de Aristotele triumphat iactabundus Apollinis ille in helicone successor Ramus, tanquam id Aristoteles nuspiam tradiderit: tanquam hæc regula periisset, nisi gradus necessitatis è suo loco avulsi fuissent. Excipe diædica & digressiones in disciplinis usitatas, aliunde ex alio habitu ad maiorem rei præsentis lucem accommodatas. Videas enim in Physicis Aristotelicis multa misceri metaphysica: naturalia exemplis artium declarari, sine vitio,

f. Nihil desit omnia scilicet quæ ad materiam præsentem pertinent in disciplinæ orbem incurrant, nihil abundet, ut si vel unam literam moveris, labent omnia. ut loquitur Cicero l. 3. de fin. n. 74.

g. Tautologiam vitare impossibile, nisi generalia præmissis specialibus.

h. Hæc regula sapientiæ, Rami iterum iactatio.

CAP. VI.

De præcipuis ordinis instrumentis de-  
finitione & divisione.

Quid est definitio?

Definitio est oratio, quæ quid res sit, significat, ut homo est animal rationale. Estque

M 3

Vide